SAN GEMINI HISTORIC ARCHIVES PROJECT
Realizzato e sponsorizzato dal San Gemini Preservation Studies
e l'Associazione Valorizzazione Patrimonio Storico San Gemini Onlus
www.sangeministudies.org

ARCHIVIO STORICO COMUNE DI SAN GEMINI
Progetto di Digitalizzazione
Tutti i documenti originali e copie digitali fanno parte
dell' Archivio Storico Comune di San Gemini

Priores Populi Terrae S.ti Gmi.

Experto, ac erudito viro, nec non humanarum litterarum professori D.no Bartholomeo Moricono Am...

Cum superioribus diebus in n.ro pub. ac generali consilio de ludi magistri electione pertractaretur, qui liberos n.ros bonarum litterarum scientia imbueret, atque in honestis moribus instrueret: inter plures qui nobis propositi, ac commendati erant, tua virtus optimaque doctrina (quam in hac arte te callere intelleximus) merito nos induxit, te solum hoc munere decorare: et eo magis cum a D.no Patritio Vito Stronconio preclarissimo quidem viro, ac humanarum litterarum professore amplissimis laudibus fueris ornatus. Quare nos n.ra precipua auctoritate una cum quibusdam civibus, quibus in hac re eadem est impertita auctoritas, te eundem D.num Bartholomeum Moriconum pub. filiorum n.rorum preceptorem elegimus, ac deputamus, pro uno anno incipiendo [...] Julij 1573 cum mercede, salarioque quinquaginta scutorum ad rationem centum baiocchorum pro quolibet scuto, tibi a n.ro questore, sive alijs, ut nobis videbitur de tertiaria, in tertiariam pro rata parte persolvendorum, et cum honoribus, et oneribus, solitis, et consuetis, et cum capitulis Archivio registratis. Necnon cum onere exercendi officium Cancellariae. Hortamur igitur humanitatem tuam, ut propositis conditionibus circumspectis electionem hanc hylari animo, hylarique fronte accipias. In quorum fidem ec. Datum ex N.ro populari palatio Die mense, et Anno supra scriptis

Loco o sigilli

Hyppolitus de Marsilijs Not.s et Cancell.s
q. supra [...] de m.to

Archivio Storico
Comune di San Gemini (TR)
Reg. C. 39, c. 314 r.

© Tutti i diritti d'autore al documento ed alla copia digitale appartengono all'Archivio Storico Comune di Stroncone,TR
© All copyrights to this document and to the digital copy belong to the Archivio Storico Comune di Stroncone, TR